



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1658

§. 80. Responderunt & dixerunt ei. v. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

gentiam ad considerationem rerum conferre debemus. nihil est enim magis, quo homo ceteris animantibus præstet quam quod rationis beneficio & ornamento, quo causas rerum requirit, generis sui auctorem investigandum advertit, & agnoscit, in cuius potestate vitæ, necisque nostræ potestas sit, quique mundum omnem suo nutu regat, ei rationem esse reddendam nostrorum actuum:

CRedamus ergo Iudicem futurum quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta deleant. Illi dicamus perface Dominus gressus meos in lemitis tuis ut non moneantur inde vestigia mea. Quia in his delectatus sum, vel saltem delectari cupio.

§. 80. *Respondērunt & dixerunt ei. v. 20.*

Indignabundi quod peteret ab eis Pilatus causam mortis & expositionem criminum, superbe suam prætendentes autoritatem & religionem, volentes per hæc iudicariam opprimere inquisitionem, quasi sufficiente ei deberet autoritas hæc adversariorum atque religio.

ODolosi & impii, scitis vos in accusationibus iustis ac probationibus deficere, & etiam nequam prætextum paratis! quid cogitatis? Fortasse illud Ambrosij *Evidentia patrati criminis non indiget clamore accusatoris*, itaque ut sceleratissimum malefactorem publice notum, voluerunt infamare illum de quo tamen sciunt quod pertransiit benefaciendo omnibus, Christus interim totus confusus & inops, victus & sanguine & sputis impiorum conspersus, dimissis oculis stabat ante Pilatum suæ innocentie adhuc defensorem, & tacendo orasse opinor, recogitantem peccata nostra pro quibus hanc iniuriam patiebatur. Attende igitur anima mea & vide, si est amor sicut amor Domini tui, Ecce cum audire deberet quid proferret Iudex, quid accusatores dicerent de te, propter te, ipse orat pro te, ut non rememorentur tua delicta, ut in te exciteretur virtus, ut non perdaris, sed salveris per ipsum. Deus meus est hic & ego confitebor illi & laudabo eum in æternum & ultra.

§. 81. *Si non eset hic malefactor, non tibi tradissemus eum. v. 30.*

Audisne grassantem iniquitatem? Christiane. Audio, & quidem iniquitate videntur Principes Iudæorum sibi competere adhuc jurisdictionem & ius decernendæ mortis, solam executionem capitalis sententia sibi deesse ablatam per Cæsarem, quando Archelai regnum in Provinciam redegit & Procuratorem dedit. In hoc homine Christus se finis officio iudicis, cum pro meritis malis in rem publicam, adhuc ante festum solennis

Pulchra.